

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio De Restituendis Duobus Versibus Jos. XXI. In
Quibusdam Codicibus Hebraeis Omissis**

**Abicht, Johann Georg
Flachs, Sigismund Andreas**

Lipsiae, 1714

VD18 11446064

§. III.

[urn:nbn:de:bsz:31-130552](#)

ro illos B. nostri Lutheri Versio cum LXX, Vulgato, aliisque tam orientalibus quam occidentalibus exhibeat, operæ pretium duximus, breviter ostendere, quod sine idonea ratione a Judæis nimium Masoræ auctoritate innixis, in quibusdam non modo impressis, sed etiam MStis Codicibus vel præteriti, vel penitus deleti, in quibusdam vero in marginem sunt rejecti! Est igitur nobis animus vindicare innocentes veritus, primum casu & librarii culpa, & deinde a Judæorum Criticæ sacræ imperitorum superstitione in exilium abire jussos.

*id qd factū in Edīt.
josephi Athias. Amstel.
A. 1667.*

§. II.

Versus, quos Codici Hebræo restituere conamur, desiderantur in Cap. XXI. Iosuæ, versu 36. & 37., quos Luthe-
rus his verbis interpretatus est:

v. 36. Von dem Stamm Ruben / vier Städte / Bezer und ihre
Verstädte / Jahza und ihre Vorstädte.

v. 37. Kedemoth / und ihre Vorstädte / Mephaath / und ihre
Vorstädte.

Iidem versus in Bibliis Hispanicis Casiod. Reinæ, nec non in Italicis Johann. Diodati, ut & in Gallicis Genevensum Theologorum, item in Belgicis, Anglicanis, & quæ Piscator transtulit, aliisque pluribus leguntur. Pari modo inveniuntur in Bibliis a R. Athia, & Jekutiele in Germanicam linguam translatis. Leguntur eodem sensu plane, & quantum linguae idioma permittit iisdem verbis. Cum vero non in omnibus nec in optimis, uti putant, hebræis Codicibuslegantur, merito in causam inquirimus, unde illa Codicum discrepantia sit orta.

§. III.

Quamvis vero haud spernenda Versionum copia jam indicatos versus apponat, nihilominus defectus eorum in Codicibus tam MStis quam impressis plurimis sese exerit. Primus, in quo non conspicuntur illi, Codex MStus R. Hillelis esse fertur, teste Richardo Simonio in Critic. Sacr. Lib. I. cap. XXII. p. m. edit. Gallic, 124. & 125. quod cognovit ex MSto R.

A 3

The-

Theodori, qui nostros versus exhibit, in cuius vero margine annotatur, duos illos versus in R. Hillelis codice non legi. Huic Judæi maximam autoritatem tribuunt, quia ex eorum sententia est antiquissimus. Auctor libri Juchasin fol. 132. sequentia de R. Hillelis Codice scripsit:

בשנְי תְּהִקְנָה הַיְה שָׁמָן
גְּוֹרָה בְּמִלְכֹות לְיָהוָן וְאֶזְרָחָה
חוֹצִיאוּ מֵשָׁם סְפִיר הַאֲרָבָעָה
וְעִשְׂרוֹת אֲשֶׁר נִקְרָא הַכִּילְיָא
שְׁכַתְבָ אֹתָם רִ' הַלְלָה וּמִשְׁתָ
חוֹי מְגֻהוּם כָּרְדָה חַסְפְּרִים
וְאַנְיָ רְאִיתִי חַלְקָ מְחוֹם
שְׁנִכְרָוּ בְּאָפְרִיקָה וּבְזָמָן
חוֹתָה טִ' מְאוֹת שָׁנה שְׁנִכְתָּבָנָה
וְהַקְמָתִי אָמָר בְּחַלְקָ הַרְקָרוֹק
בְּפִכּוֹק לְמַעַן תְּזִכָּרוּ שְׁחַחְמָשׁ
הַיָּה בְּטוּלִיטָה:

Anno 956 h.e. a Christo nato 1196. fuit magna destruacio Judeorum in regno Legionensi. Tunc eduxerunt ex eo XXIV. libros, quos Biblia vocamus, a R. Hillel scripta. secundum quae correxerunt omnes codices. Et ego vidi partem eorum venditam in Africa. E tempore, quo vidi, erant nongentos annos scripta. R. David Kimchi in Parte Grammatices in verso lemaan, dixit, quod Pentateuchus fuerit Toleti.

Tempus, quo Auctor libri Juchasin partem Codicis Hillelianii vidit, sine dubio fuit illud Judæis Hispanicis fatalis, quo solum Hispalicum vertere sunt coacti, h. e. tempus post natum Chr. 1492. currens. Hoc tempore Codex Hillelis ætatem nongentorum annorum tulerat ex opinione nostri Judæi. Ex quo sequitur Codicem Hillelis Sext. Christianæ æra seculo esse scriptum. Sed R. Hillel, quem hujus Codicis Scribain credunt Judæi, vixit seculo IV. post N. C. ipse enim

Autor

Autor Juchasin p. 90. floruisse Hillelem refert, anno contrachuum 670. h. e. Christi 360. Ex quo liquido satis appetet, alium R. Hillelem hujus Codicis Scriptorem fuisse. Richard. Simon. l. c. observat, diversas hujus Codicis lectiones esse levissimas, nec nisi in grammaticis rebus, quæ a recentioribus sunt inventæ, a reliquis Codicibus abire. Nobis videatur, ætatem Hilleliani Codicis eodem veritatis patrocinio niti, quo illa, quam R. Azarias de Haadumim in Imbre Bina cap. 9. p. 53. b. de Codice ab Esdra ipso consignato tradidit, de quo Bartoloc. B. R. Part. II. p. m. 800. ut & le Long. in Bibl. S. p. m. 62. videndi. Jaçtant Judæi multa de antiquis Codicibus, quæ Eruditi falsa deprehendunt. Codex Hillelianus sine dubio ad Masoram erat emendatus, scriptis ab alia manu literis, ab alia vocalibus, quales plures Codices prostant, qui vix XI. seculum superant.

§. IV.

Secundus Codex, in quo nostri versus desiderati sunt, fuit R. Haj, qui secundum R. David Gans Part. I. f. m. 36. b. vita excesit Anno M. 4797. secundum talios 4798. h. e. Anno Christi 1037. vel 1038. Hic interrogatus, cur duo versus nostri non legantur in libro Josuæ, respondit, licet hoc in loco non reperiantur, eosdem tamen in Paralipom. exstare. Docet hoc R. David Kimchi in Commentar. ad Cap. XXI. Josuæ vers. 7.

Observavi, quod interrogatus sit Rabbenu Haj fel. memorie de hac re, qui respondit, quavis non hoc loco adducantur istæ urbes, eas tamen allegari in i. Paral. VI. 78. 79. ex quo constat, quod in eorum libris non scripta fuerint ista urbium nomina.

רָאָתִי כִּי נְשָׁאָר רַבְנֵי
הָאִי דֶל בְּזֹאת הַשְׁאָלָה וְחַשְׁיבָּכָה
אֲפִלָּע פִי דָהָר לֹא חַשְׁיבָּ
לְהוּ כּוּבָרִי חִימִי חַשְׁיבָּ לְהוּ
נְרָאָה מְתֻשּׁוֹכָה כִּי אִינְן
כְּתוּבִים כְּסֶפְיוֹת :

Non